Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26251
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ditori. ue complicib; eius nequicie. & iam nec
membra xpi psequentib; qui famam ueritatis
vel uirtutis quam ipsi habere non merentur proximis
qui habent inuidere non cessant. Et quidem putare
possumus. iudam propter curam pauperum hec fuisse
locutum. s; prodit mentem illius testis uerax qui
ait. Dixit autem hoc non quia de egenis pertine-
bat ad eum. s; quia fur erat. & loculos habens.
ea que mittebantur exportabat, non ergo tunc iudas
perit. quando pecunia corruptus dominum prodidit.
s; iam perditus dominum sequebatur. qui loculos habens
dominicos ea que mittebantur portabat in
ministerium pauperum. que etiam infideli mente fu-
rari solebat. Videns ergo dominus cor illius cupidi-
tatis iam sorde pollutum preuidens peioris pro-
ditionis sorde polluendum commisit eius fidei.
quicquid habebant in sacculis. eumque de his que
uellet facere permisit. vel collati honoris. vel
habite memoria pecunie mentem ipsius uendi-
tione reuocaret. Verum quia semper auarus est.